

*et quinto, si opus fuerit, usque dum tres sententiae concordēs habeantur.*

*Haec volumus, atque mandamus, decernentes hasce Litteras firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, quamdiu, ut supra dictum est, aliter provisum non fuerit; nostrumque Nuncium his facultatibus auctum ad earum liberum exercitium admittendum esse, seu admitti debere.*

*Quocirca Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, et Episcopis, aliisque Praesulibus Hispaniarum Regni per praesentes injungimus, ut in hujusmodi provincia ei demandata, ejusque partibus ob-eundis, suam jurisdictionem, potestatem, auctoritatem admittant, et faciant ab aliis admitti, contradictores quoslibet, et rebelles per sententias, censuras, et poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, et facti remedia, appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus, censuras, et poenas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam in hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis.*

*Non obstantibus Constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, nec non Ecclesiarum, Monasteriorum, aliorumque piorum locorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et Litteris apostolicis quibusvis personis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, con-*

al segundo turno, y al tercero, cuarto y quinto, si fuere menester, hasta que haya tres sentencias conformes.

Esta es nuestra voluntad, y asi lo mandamos: decretando que estas Letras son y han de ser firmes, válidas y eficaces, y surtir y obtener sus mas plenos y enteros efectos, mientras que, como va dicho, no se dispusiere otra cosa; y que nuestro Nuncio, á quien se aumentan estas facultades, debe y ha de ser admitido al libre ejercicio de ellas.

Por lo cual, por las presentes mandamos á nuestros Venerables Hermanos los Arzobispos y Obispos y demas Prelados del Reino de España, que en este cargo que se le ha confiado, y en el desempeño de sus funciones, admitan y hagan admitir á los demas su jurisdiccion, potestad y autoridad; reprimiendo á cualesquiera contradictores y rebeldes por sentencias, censuras y penas eclesiásticas, y otros oportunos remedios de derecho y de hecho, sin admitir apelacion; y agravando las mismas penas y censuras, aun repetidas veces, prévias las diligencias que por derecho debieren observarse; é invocando para esto, si fuere necesario, el auxilio del brazo secular.

Sin que obsten las Constituciones y disposiciones apostólicas, ni los estatutos y costumbres de las Iglesias, Monasterios y otros lugares píos, aunque esten corroborados con juramento, confirmacion apostólica ó cualquiera otra firmeza; ni los privilegios, indultos y Letras apostólicas que de cualquier modo hayan sido concedidos, confirmados y renovados á

